BIBLIA LATINA, BD. 2

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.

Seite 61v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et absconde eos in cripta que est
sub muro latricio in porta domus
pharaonis in thaphnis cernentibus
viris iudeis. et dices ad eos. Hec dicit
dominus exercituum deus israel.
Ecce ego mittam et assumam nabu
chodonosor regem babilonis ser
vum meum. et ponam thronum
eius super lapides istos quos abscon
di et statuet solium suum super eos
veniensque percutiet terram egipti. quos
in mortem in mortem. et quos in cap
tivitatem in captivitatem. et quos
in gladium in gladium. et succendet
ignem in delubris deorum egipti. et
comburet ea. et captivos ducet illos
et amicietur terra egipti. sicut
amicitur pastor pallio suo. et egre
dietur inde in pace. et conteret sta
tuas domus solis que sunt in terra
egipti. et delubra deorum egipti com
buret igni. XLIIII

Verbum quod factum est
ad ieremiam et ad omnes
iudeos qui habitabant in terra
egipti. habitantes in magdalo. et in
thaphnis. et in memphis. et in terra pha
thures dicens. Hec dicit dominus
exercituum deus israel. Vos vidistis
omne malum istud quod addu
xi super iherusalem et super omnes urbes
iuda. et ecce sunt deserte hodie et
non est in eis habitator propter mali
ciam eorum quam fecerunt. ut
me ad iracundiam provocarent
et irent et sacrificarent. et colerent
deos alienos quos nesciebant. et
illi et vos et patres vestri. Et misi
ad vos omnes servos meos pro
phetas de nocte consurgens mit
tensque et dicens. Nolite facere ver
bum abhominacionis huiuscemodi
Et non audierunt nec inclinave
runt aurem suam ut converte
rentur a malis suis. et non sacrifi
carent diis alienis. et conflata est
indignacio mea et furor meus. Et
succensa est in civitatibus iuda. et
in plateis iherusalem. et verse sunt in
solitudinem et vastitatem secundum
diem hanc. Et nunc hec dicit domi
nus exercituum deus israel. Quare
vos facitis malum hoc grande con
tra animas vestras. ut intereat ex
vobis vir et mulier. parvulus et lac
tens de medio iude. nec relinquatur
vobis quidquam residuum provo
cantes me in operibus manuum vestra
rum. sacrificando diis alienis in
terra egipti in quam ingressi estis
ut habitetis ibi. et dispereatis et sitis
in maledictionem et in opprobrium
cunctis gentibus terre. Numquid ob
liti estis mala patrum vestrorum.
et mala regum iuda et mala uxorum
eorum. et mala vestra. et mala uxo
rum vestrarum. que fecerunt in terra
iuda. et in regionibus iherusalem. Non
sunt mundati usque ad diem hanc.
et non timuerunt. et non ambulave
runt in lege domini. et in preceptis
meis que dedi vobis coram et
coram patribus vestris. Ideo hec
dicit dominus exercituum deus
israel. Ecce ego ~~mittam~~ ponam fa
ciem meam in vobis in malum.